

# IOANNIS DE PINEDA

Societatis Iesu,

## COMMENTARIORVM IN IOB TOMVS ALTER,


Continens posteriores Commentariorum Libros VII.  
id est, posteriora quinque & viginti Capita :

Quibus, præter luculentam Hebraici Textus interpretationem, & copiosam  
Authorum, tum è Sacra, tum è Prophana Schola annotationem,  
ipsa Versionis Latinæ vulgatæ authoritas asseritur :

*PRAEFATIONIBVS AD SINGVLOS LIBROS,  
Summarijs ad quarumque Sectionum initia, ac cuiusque Capitis  
Anacephaleosi Paraphrastica illustrati :*

Indice præterea septemplici, noua, & facili non minùs, quàm artificiosa methodo, cuius  
Editioni commoda concinnato, locupletati.

PERMISSV SUPERIORVM, ET PRIVILEGIIS.



VENETIIS, MDCXIX.

Apud Iacobum Sarzinam.

[sollicitudine carere;] & curatoris alterius fidei se committere, multo illud magis proprium Onagri est, qui deridet tumultum ciuitatis. Ad eos enim, qui in vrbe, & rerum multarum confusione, & perturbatione, multarum diuitiarum congestu versantur, tanquam ad vrbano afinos multa diuitiarum, & curarum sarcina onustos, dictum videtur, [Quid habet amplius homo de vniuerso labore suo, quo laborat sub Sole?] Mirum, vt sapientes seculi huius videntur, & æstiment tanquam afinos, eos, qui strepitu, & turba ciuitatis se abdicantes, negotia contemnunt, & otium illud solitudinis pro summo negotio, & summa voluptate sectantur, & diligunt? Quo nomine non solum quondam despiciantur Philosophi nec priuata, nec publica rei curam gerentes, toti in rerum diuinarum contemplatione positi, vt scribitur a Platone in Theæreto; sed etiam afinæ ciuitatis ignauæ, & inertæ accusati sunt quondam

Eccles. 1.3.

Solitudinis

amatores, et

contemptores

urbani in-

mulus, vo-

cantur afi-

ni a mundi

sapientibus.

Plato.

Christiani

quondam ac-

cusati inor-

tia.

Sueton. in

Domit. c. 15

Tertull.

Christiani, atque virum illum sapientissimum, & vnius salutis animæ curandæ diligentissimum, Flauium Clementem, quem patruelem suum Consolatu perfundum, Christianam religionem amplexum, a Domitiano occisum, Suetonium appellat, [hominem contemptissimæ inertitæ.] Atque adeo ad hanc Æthnicorum calumniam, Christianos, tanquam solitarios Onagros, inertes traducuntur respondet Tertullianus, c. 42. Apologetici: [Iniuriarum, inquit, titulus postulatur, & infructuosus in negotijs dicitur. Quo pacto homines vobiscum degentes eisdem victus, habitus instructus, eiusdem ad vitam necessitatis, neque enim Brachmanæ, aut Indorum Gymnosophiæ sumus, Syluicolæ, & exules vitæ. Plane temperamus, ne vltima modum, aut perperam vtamur. Itaque non sine foro, non sine balneis, tabernis, officinis, stabulis, mundinis, cæterisque commercijs cohabitamus in hoc seculo. Sed cetera remonias tuas non frequento, &c.] Ergo etiam in media turba, & vita vrbana ille erit terrenarum solitudinū vinculis exemptus, & degens in solitudine: Si, vt Gregor. hoc loco ait, [pro solitudine corporis, intelligamus solitudinem cordis: quid enim prodest solitudo corporis si solitudo defuerit cordis: qui enim corpore remotus viuit, sed tumultibus conuersionum se inserit; non est in solitudine: Si vero prematur aliquis corporaliter popularibus turbis: & tamen nullo curarum secularium tumultu in corde patitur, non est in vrbe.] Hanc simplicitatem infantilem, a multiplici cura abhorrentem, exigere a nobis Deum, cum frequentissime filios suos vocat pueros, obseruat Clemens Alexandrinus lib. 1. Pedagog. c. 5. [Hæc, inquit, videtur esse stulticia his, qui ad calliditatem, & versutiam se exercuerunt; iure ergo sunt pueri, qui solum Deum Patrem nouerunt, simplices, infantes, qui sunt vnicornium Cornuum amatores. Id est, qui vnitatem amant.] Huiusmodi ergo solitarius Onager, qui ab vrbano negotiorum tumultibus se subducit, illud videtur dicere, quod qui vt iumentum, Domini sui ductum sequebatur obsequentissimus; [Quoniam non cognoui literaturam introibo in potentias Domini; Domine, memorabor iustitiarum tuarum solius.] vbi Psalterium Romanum legit, [Non cognoui negotiationem.] quasi dicat. Cum cor geram solitarium, contemnāque multitudinem vrbano negotiorum, Deum, diuinæque tantum in cordis solitudine curabo.

Gregor.

Solitudo cor-

dis potior,

quam cor-

poris.

Clemens.

Simplicitas

Christiana

Cor solita-

rium, diui-

nis familia

re.

Psalm. 70. 15

6

Cautendum

ne in vrba-

no tumultu

amittatur

solitudo cor-

dis.

Psalm. 120.

Chaldaus.

Dextera ad

negotia ge-

renda.

Asinus sciē-

tissimus re-

ta via, &amp;

periculi de-

clinandi.

Ælianus.

Gal. lib. 2.

Methodi.

Ælian.

Et orandum quidem vehementer, necum ad multitudinem ciuitatis, id est, negotiorum externorum, corpore accedimus; delictuosissimam illam, liberamque cordis solitudinem amittamus. Sic precatur idem Propheta; [Dominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum.] vbi Chaldaus legit, [Introitum tuum ad studia legis, & exitum tuum ad negotiationes mundi.] Vide eundem Paraphrasi eodem Psalmo, super id, [Dominus protectio tua super manum dexteram tuam;] est enim Dextera, Sym-bolum dexteritatis in negotijs gerendis.

Et quidem qui huiusmodi solitudini, sibi, & Deo vacant quamuis a mundo æstimentur, & tractentur, velut stolidissimi afini, sunt tamen sapientissimi, & certæ vix tenendæ atque discriminum declinandi scientissimi, vt videatur dictum de illis, quos mundos stultos vocat; [Hæc erit vobis directa via, ita vt stulti non errent per eam.] Isa. 35. 8. nam hæc sunt afinorum proprietates, [Totam peragraræ viam, in neutram partem declinando.] Tum etiam, obuijs in via non cedere.

Denique illud vnum longe diuersum in Onagro spirituali, quod dum Onager in solitudine degit, ferus est, & indomitus; familiaritate autem hominum, & vrbano con-

Io. Pineda in Job.

uictu mansuescit; at è contrario ferinæ animorum passiones, quæ in multitudine ciuitatis nimium superbiunt, & effrascunt; tamen in solitudine cicurantur, & mansuescunt, vt eleganter docuit Basilus Epistola ad Gregorium Theologum, [De vita in solitudine agenda.] vide eundem lib. de laudibus Eremitæ, & in Regulis suis disputatis, inter rogatione quinta, & sexta, æque alios Patres de vitæ solitarie laudibus.

Erripa pas-  
siones ani-  
morum soli-  
tudine cicu-  
rantur.  
Basilus.

[Et vocem exactoris non audit.] De exactore dixi c. 3. verfic. 18. esse illum, qui adhibita vi, & minis, exigit opus aliquod, vel repetit debitum urgendo, & instando importunis clamoribus. De quo cum constet, quid erit, [Onagrum non audire vocem exactoris?] Et primo Vatablus venatorem videtur intelligere: [Qui vult eum redigere in feracitatem, more exactoris, qui aliquid ab aliquo exigit,] quasi dicat. Non potest cicurari. Caietanus in communem legit, & interpretatur vocem oppressoris, nempe hominis, qui percutiendo, onerando, pungendo, clamando opprimere solet, animalia bruta; refugit ergo huiusmodi humanos conuictus, quod ineptus natura sua sit ad humanum obsequium. Sed cum legamus apud idoneos Scriptores, Onagros aliquando cicurari, & domari. Atque adeo quanto magis capti mansuescunt, tanto effratiores esse, antequam capiantur. Existimo hanc esse circumloquutionem licentiosæ illius naturæ, & vitæ liberæ, atque solitariæ, in qua nulla exactio laboris, nulla oneris impositio, nullus clamor instantis ætergo agastionis, nam cum afinus domesticus vocem audiat, agnoscatque, nunc clamore, nunc fuste, & virga exigitur ab illo opus. Ergo vt Hosæ dixit, [Abit Onager sibi met] solitarius, id est, vt Ieremias dixit, in desiderio animæ suæ, ideo eleganter legerunt Septuaginta; [Non audit querelam exactoris.] nam, & ini-quis oppressus oneribus miser afellus, plagarum patientissimus, insuper, & clamore, ac minis exigitur, plusquam reddere potest, laboris, & operæ.

7  
Exactor,  
quis.

Vatabl.

Caietan.

Plin. lib. 8.  
c. 44.

Circumlo-  
quutio vitæ  
licentiosæ.

Hosæ 8. 9.  
Ierem. 2. 24

## VIII. Circumspiciunt Montes Pascuæ, &c.

Videtur pergere in eadem antichesi afini domestici, atque syluestris, quod domesticus dimensum accipit paruum, & vile; at Onager pro libito ipse sibi pabulum quatit tenerum, virens, varium. Caietanus existimat indicari illius terræ saluginosæ sterilitatem, ob quam necesse sit deserta camporum planities conscendere in montes, pabulum investigandi causa. Cum quo videtur facere illud Ierem. 14. 6. [Onagri steterunt in rupibus, traxerunt ventum, quasi dracones, quia non erat herba.] quasi non alia de causa conscendant in montes, quam fame stimulati, ad querendum aliquid virens: quocumque enim etiam paruum contentus est, & illud tantum querit, quo facile, & sine villo laboris dispendio vitam sustentare possit. Alij vero intelligunt significari licentiosam vitam, nunc in campestribus, nunc in montanis, vt pro libito omne pabuli, herbarumque genus degustet: vt enim ex Plinio dicebamus; [Onagri pascuntur herbarum, quas abunde fundit terra.]

8  
Cibatus afi-  
ni domesti-  
ci, atque syl-  
uestri.  
Caiet.

Plinius.

## RHINOCEROS.

IX. Nunquid volet Rhinoceros seruire tibi, aut morabitur ad præsepe tuum?

X. Nunquid alligabis Rhinoceros ad arandum loco tuo? aut confringes glebas vallium post te?

XI. Nunquid fiduciam habebis in magnâ fortitudine eius, & derelinques ei labores tuos?

XII. Nunquid credes illi, quoniam sementem reddat tibi; & aream tuam congreget?

I Rhinoceros velatus ad bonum domesticum. Sententiarum paraphrasis.

Ddd 3 Rhino.

- 2 Rhinoceros, unde nomen habeat, Vario redditur ab interpretibus. Confunditur cum Monocero.
- 3 Vnicornis animal non vnus tantum generis. Asinus Indicus, Boies, vnicornes Monocerotis descriptio.
- 4 Quid in Monocero conueniens cum lobi Rhinocerotis.
- 5 Rhinocerotis descriptio.
- 6 Rhinoceros quando visus Roma. Rhinoceros lobi idem, qui Plinij, Quae inter Rhinocerotem, & Boiem simplicando, quae item opposita.
- 7 An Rhinoceros duo habeat cornua.

**Rhinoceros** velatus ad bouem. Paraphrasis harum sententiarum.

**S**icut quadam allusione ad asinos domesticos diximus mentionem factam esse Onagrorum, ita nunc Rhinocerotis historia proponitur comparatione ad bouem. Ille autem cum omnino sit inutilis humanis commoditatibus, atrocissimum utiq; animal; at diuino Imperio, & prouidentiae seruit; & ad Dei praesepium moratur, illum enim sustentat Deus. Nihil est igitur, quod quantumuis habeat homo multa asinarum millia, multa etiam iuga bouum, multum sibi aut de opulencia, aut de potentia blandiatur. Quid enim hos est relatus ad Rhinocerotem, qui nulla vi aut industria domari potest, non manu tractari, neque ad praesepia religari, non in stabulum cogi, non iugum accipere, & ad aratum institui, aut in terra cultura, & versura laborare? nam quamuis quidem insigni vastissimorum membrorum fortitudine polleat, at non illa est, quae humano labori vti esse possit ad agricoltionem: nihil enim de illo sperare potest agricola, nihil subsidij accipere neque ad ferendum, neque ad arandum, neque ad messes conuehendas in aream, tandem in horrea recondendas. Hae videtur esse harum sententiarum summa per partes explicanda.

**Rhinoceros** unde habeat nomen.

**Sed** prius statuendum est, quod qualeve animal sit Rhinoceros. Originalis vox *Rhom*, aut *Rom*, videtur dici ab altitudine, & eleuatione, quod habeat Cornu sublime, & erectum; propter cognationem cum radice *Rum*, quod est, [eleuare, aut sublimem esse.] Ab vniuersis interpretibus vno ex duobus nominibus vertitur, Monoceros, siue Vnicornis; & Rhinoceros, quod dicitur habere cornu in nare, q. d. [Naricornis.] Et sane altitudo, vel sublimitas in vtroque recte constituitur; nec putet aliquis altitudinem tantam cornu in paruum illud Rhinocerotis cornu non posse conuenire; quippe satis est, ut in capite, aut naribus emineat illud cornu, videlicet in parte sublimi. Ab interprete Latino nunc vno, nunc altero nomine indifferenter vertitur, Vnicornis. Psal. 31. 22. Psalm. 28. 6. Psal. 91. 11. Isa. 34. At Rhinoceros, Deut. 33. 17. Num. 23. 22. & 24. 8. & in praesenti nostro loco. Sicut etiam ab Aquila; a Hieronymo vero Psal. 21. [Vnicornis. Psal. 92. Monoceros. & Psal. 18. Rhinoceros.] Septuaginta vero, [Vnicornis, siue Monoceros,] legunt vbiq; Ex quo suspicio est apud Hieronymum, & Septuag. eundem esse [Monocerotem, & Rhinocerotem,] ut explicare hoc loco docet Philippus, & quidam alij confundentes vtrumque, ut Albertus Magnus lib. 22. anim. Sed Rab. Elias acriter contendit non posse Rem, esse Vnicornem; cum Deuter. 33. 17. pluraliter dicantur cornua illius. Sed quidem haec obieccio non magnam habet vim; nam illud singulare Rhinocerotis, ponitur pro plurali, quasi diceret, [Cornua Rhinocerotum.] Sicut e contrario diceret quis, cornu tauri, pro cornua. Tum praeterea Rhinoceros, quamuis duo habeat cornua, sed tamen ab vno, quod praemagnum, & praualidum est, posuit accipere denominationem Monocerotis. Quare, & [Rhinocerotem] vnicornem nominat Tertullianus, aduersus Iudaeos, & lib. 3. aduersus Marcionem, cap. 18. & ex vno cornu illum describit Plinius lib. 8. cap. 20. Atque adeo etiam quamuis Ambrosius lib. de Benedictionibus 11. illam ipsam dubitationem R. Eliaz attingens, scripserit; [Cum dixeris, Cornua, quomodo posuit vnicornium, requirendum, cum ipse vnicornus inter generationes ferarum, ut periti aiunt, non inueniatur,] at statim, Vnicornium perfectae aetatis describit, [cum ei oriuntur cornua.]

ON

ON

**Rhinoceros**, & Monoceros.

**Nomen originale vnde redditur ab interprete Latino.**

**Aquila.**

**Hieronymus.**

**IX X.**

**Idem Monoceros, & Rhinoceros.**

**Philippus.**

**Alb. Mag.**

**R. Elias.**

**Cur in plurali dicantur cornua Rhinocerotis.**

**Tertullianus.**

**Plinius.**

**Ambrosius.**

3

**Ambrosius sententia incerta.**

est; nam est Asinus Syluestris, siue Indicus, [Monoceros.] Animal, apud Arist. lib. 2. de hist. c. 1. Plin. lib. 11. c. 37. Philostrat. lib. 3. de vita Appolli. Aelianum lib. 5. c. 22. apud quem mirabilis est natura; [Syluestres asinos, inquit, equis magnitudine non inferiores apud Indos nati accepi, eosq; reliquo corpore albos, capite vero purpureo, oculisq; nigris esse, cornuq; in fronte gerere, cuius superius puniceum, inferius autem album, medium vero nigrum sit. Ex hoc cornu bibentem ab insaniabilibus morbis tutum fieri.] Sed haec non est vulgari Vnicornis figura, ut inferius dicemus. Sunt item & Boies vnicornes apud Plinium lib. 8. c. 21. & lib. 37. c. 11. Solinum c. 53. cum etiam, & apud Caesarem lib. 6. Commentariorum. Sed Monocerotis, proprie dicti, seu Vnicornis haec est historia ex Plinio, dum de feris Indicis scribit; [Aperissimam feram Monocerotem, reliquo corpore equo similem, capite ceruo, pedibus elephantis, cauda apro, mugitu graui, vno cornu nigro media fronte cubitorum duum eminente. Hanc feram vnam negant capi.] Eadem imago apud Solinum c. 33, qui addit, [Cornu ad longitudinem pedum quattuor, splendore mirifico, ita acutum, ut quicquid impetat, facile ictu eius perforetur.] Addit Aelianus lib. 7. c. 3. peculiares alias notas; [luba, & pilis filium esse, pedibus bonitate, & totius corporis celeritate excellere, atq; similiter ut elephantos, pedum digitis indiuisos esse.] Inter speciosa cornu vno, eodemq; nigro, non leui quidem, sed versuras qualdam naturales habente, atq; in acutissimum mucronem desinente; omniumq; maxime animalium assonam vocem, & contentam mittere; & ad alias quidem bestias ad se accedentes mansuescere, cum vero gregalibus suis pugnare. Neq; modo cum maribus naturali quadam contentione dissidere, sed etiam contra feminas (praeter quam coitus tempore) certare; pugnamq; vsq; ad mortem ingrauescere. Nam & maximo robore praeditus, & inexplugnabili corpore armatus est; desertissimas regiones prosequitur, simul & solitarius errat. Alii item vnicornis scribuntur proprietates ab Isidoro, & Alberto, quas etiam refert Paulus Iou. lib. 18. suae historiae, sed quae ad nostram rem non multum faciunt.

Ex dictis primum collige, discrimen ab [Asino Indico,] cum etiam ab illo [Monocero, siue Vnicorni,] quod Caes. lib. 6. Commentariorum refert inter boies, [Cervi figura, cuius a media fronte inter aures vnum cornu exiit excelsius, magisque directum his, quae nobis nota sunt, cornibus, ab eius summo sicut palmae, ramiq; late diffunduntur.] nam haec fera in Hercinia Germaniae sylua inuenitur. At verus Monoceros non nisi India, aut certe apud alias longe barbaras, & distitas regiones.

Conueniunt autem haec, quae de [Monocero] attulimus, cum [Rhinocero] lobi, primum in feritate illa solitaria, longe remota ab agris excultis, & frumenticijs. Sequo in fortitudine indomita, quae nunquam se finit alligari, neque ad arandum, neque ad capiendum. Nam ut Solinus ex Plinio dixit, Interim quidem potest, capi non potest; nisi forte [pulsos etiam num teneros,] ut scribit Aelianus. Quo videtur allusum, Psal. 88. 11. cum aduersus Pharaonem dicitur, [Tu humiliasti, sicut vulneratum superbum.] Tunc enim non nisi vulneratum, atq; interfectum cepisse, atque subiecisse videtur indomitam feritatem Pharaonis, atque aliorum impiorum obtinatorum. Tertio, conuenit etiam cum illa proprietate, quam diximus ex Aeliano; nihil curandi, neque quidem gregales suos, neque feminas; quod vers. 11. dicitur [Derelinques ei labores tuos.] & vers. 12. [Numquid credes illi, quod semen tem reddat, &c.] q. d. Nulli curae, nulli labori natum esse id animal, tantum ferino, & inutili errori. Atque haec de Monocero.

Nunc proferenda, quae de [Rhinocero] habemus, & cum dictis conferenda; Haec igitur est ex Plinio Rhinocerotis descriptio, lib. 8. c. 20. [Rhinoceros vnus in nare cornu, qualis saepe visus, hostis Elephantis, longitudo ei par, crura multo breuiora, color buxus.] Addit Aelianus, Huius pellem tanta existere firmitate, ut aegre iaculo penetrari queat. Super addit Solinus, c. 43. Cornu vnicum repandum, quae omnia confirmantur a Diodoro lib. 4. Bibliothecae. Sed loculentior est apud Strabonem descriptio lib. 16. [Rhinoceros, ut Artemidorus ait, longitudine parum ab elephantis exceduntur, quod Alexandria vidisse affirmat se; fere etiam quantum ad altitudinem, eius autem, quem nos vidimus color non buxo, sed Elephantis similis erat; magnitudo vero tauri; forma apro proxima, praesertim quantum ad rictum, praeter nasum, qui cornu quoddam est.]

est recurvum; omni esse durius, eo pro armis utuntur quæ admodum aper dentibus. habet etiã duo singula tanquam Draconum volumina, a dorso usque utrumque circumcuncta, alterum iubam versus, alterum ad lumbum. ] Cum quæ coloris varietate facere videtur, quod ex Oppiano, Gyllius in sua accessione lib. 5 cap. 25. scribit;

*Frons levis ter rufa est, & dorsum maculis purpureis distinguitur,*

Sed cum Pompeij magni ludis, tum etiam Augusti tempore visus sit Romæ [Rhinoceros,] Vlyssipone vero non solum visus, sed commissus etiam cum Elephantis spectante Emanuele Regem anno 1515. cum visus nostris diebus Toleti, Madriti, non iam amplius dubitare licet, quin verus Rhinoceros fuerit, quem descripsit Plinius, tunc colore corporis buxo, tum notis alijs; atque diversum animal ab Unicorni, & Monocroto. Esse vero Rhinocerotem Iohi hunc ipsum potius, quam illum Monocerotem, illud videtur efficaciter ostendere, quod cum hoc loco Rhinoceros comparatione quadam referatur ad bouem, propter aliquam corporis similitudinem, mores vero diversissimo? Rhinoceros sit Bos quidam Indicus, vel Æthiopicus, paluso cornu, vel nare cornuta, ut vocat Paulus lib. 9 quamquam Festus Pompeius, Bouem Ægyptium nominet. sit enim hæc Rhinocerotis tractatio, cum Bouis Sylvestris, & feræ, ad bouem domesticum, & familiarem Antithesi, multo erit elegantior. Habemus præterea in [Rhinocero]tæ Buxei coloris, ] vel potius subnigri, similitudinem Bouis, qui commendatur etiam colore rubeo, vel fusco. Tum præterea grandibus membris, cornibus proceris, ac nigricantibus, & robustis, fronte lata, & crispâ, ceruice longa, & torosa, palæaribus amplis, & pene ad genua promissis, pectore magno, armis valitis, capaci, & tanquam implente vtero, lateribus porrectis, lumbis latis, dorso recto planoque; vel etiam subfidente, clunibus rotundis, cruribus compactis, ac rectis, vagulis magnis, corpore denso; ] ut specie tenus videatur Bos, esse parvus Rhinoceros; at Rhinoceros esse maximus quidam Bos.

In hac vero similitudine est illa Antithesis morum pulcherrima inter Bouem, & Rhinocerotem, quam explicabimus per partes capitibus sequentibus.

Sed ante, quam ad ipsas sententias veniamus, dicendum breuiter, an etiam in eo sint similes Bos & Rhinoceros, quod habeat Rhinoceros geminum cornu; Nam sic videtur docere Iustinus Martyr Dialogo contra Tryphonem, contendens crucis figuram cornibus representare; oportere proinde cornu esse bifurcum, sic existimat Genebrardus Psal. 28, eandemque sententiam trahit Alexandrino Clementi, lib. 1. Prædicatori, c. 4. cum ait, [Christianos esse velut simplices infantes, qui sunt amatores unicornii cornuum.] Sed quod ad Iustinum attinet, valde obscure loquitur; multo vero obscuriorem interpretationem ipse Genebrardus adhibet Clementi; nam is potius intelligit a Christiani amari, & coli vnicum Deum, qui in vnicò Rhinocerotis cornu significatur; ut superius ex loco Numerorum indicauimus, ex interpretatione Theodoretæ, tum etiam hoc loco Psalms, ubi Hieronymus.

Sed obijcis præterea oculatū testem Martialem in Amphitheatro, 21. Geminum cornu tribuentem Rhinocerotem; Namque (inquit) gratum gemino cornu sic exultat visum, In hæc ut impositus taurum in astra pelus.

Difficultatem videntur Interpretes Martialis, quam infeliciter tollere aggressus est Politianus in Miscellaneis c. 56. Melius, sed paulo durius Calderinus, per Geminum cornu intelligens geminum istum; Lenius, Marcilius, Geminum cornu, vnum illud prægrande, alterum minutum in capite, aut humeris; quod item prævalidum est, atque oportet quidem vel ex ipso Martiali interpretationem petere, cum ipse paulo ante p. de Rhinocero dixit, vnicò cornu mirandum;

*Quantus erat cornu, cui pila taurum erat.*

Sed iam ad singulas sententias.

## IX. Numquid volet Rhinoceros seruire tibi, &c.

- 1 Rhinocerotis cum boue oppositio. Seruire, de terra cultura. Explicatus Moyses, Esaias, Ieremias.
- 2 Bouis ingenium obsequens. Rhinoceros nemini seruiens. Illustratus Moyses. Cur populus fidelis comparatus cum Rhinocero.

3 Multiplex ratio pabuli boni. Curatio bouum ab opere. Morari, quid.

**V**olet seruire. ] Verbo seruendi allusio profecto fit ad terræ culturam, ad quam videtur esse Bos natus, & homini concessa a Conditor. Quid, inquit Cicero, de bouibus loquar, quorum ceruices natæ ad iugum; tum vires humerorum, & latitudines ad aratra extrahenda; Et quid verbum originale, seruendi, de terræ cultura dicitur Genes. 3. [Ut operaretur terram proprie; ut serueret terræ.] Gen. 4. 2. [Cain Agricola, proprie; Seruiens agro.] Ezech. 36. 9. Arabitur, & accipietis sementem. i. excolemini, Septuaginta; Colemini. seruiam vobis; *Yo os beneficiara.* Tob. 7. Seruus (famulus rursus, agricola) desiderat vmbra. Genes. 47. 19. seruos agricolas profiteri se volentes; Ægyptij, dixerunt; [Ecce nos in seruitutem Regiam, & præbe semina, ne perente cultore, redigatur terra in solitudinem.] Quare de indomito populo, & neque acclamatione, neque stimulo, & flagello mansuescente, neque obsequente ad culturam Diuinæ legis dictum est, [A sæculo confregisti iugum; rupisti vincula; dixisti, Non seruiam.] Bos itaque obsequens naturæ cum sit facile domatur, & vult seruire, quippe ut ait Aristoteles, [Est ingenio miti, remissus; & minime perucax & tantæ obedientiæ postquam semel domitus est, quantum descripsit Aelianus lib. 4. c. 29.] [B natura boui est, cum ex feritate ad mansuetudinem tractus est, ut ad parendum facili sit. Enim vero ad feretrum portandum sub iugum missus, quietus manet siue velis eum erecto capite quiescere siue ad terram inclinato abijci.] At vero Rhinoceros non vult seruire. Cuius indomitæ fortitudinis elogium est, illud Num. 24. 8. [Cuius fortitudo similis est Rhinocerotis.] ut Theod. q. 44. in Numeros, & Procopius eodem loco docent; per hoc enim animal, [quod nullis hominum viribus in seruitum redigi potest, significatur populus nemini seruiturus, quam diu vnicū Deum coleret;] quemadmodum Rhinoceros vnicū habet cornu. Vnde dicebat David; [In inimico nostro, ventilaui cornu.] Tum illud, quod ad laborem, & seruitum compellitur bos vel voce, & acclamatione (audiat enim vocem armentarii, & parat imperio) vel flagello, & stimulo, & illa est Bubulci periphrasis, Eccles. 48. 23. [Qui gloriatur in iaculo, stimulo boues agitauit.] At Rhinoceros neque pungi, neque stimulum sentire potest, [ut qui pellem habet tantæ firmitate, ut ne iaculo quidem penetrari possit.]

Aut morabitur ad præsepe tuum. q. d. Non est animal cur, & domesticum. Hæc altera ab boue antithesis. Is. 64. 2. magister pecorum in pabulo curatur diligentissime; Boues (inquit Columella) pro temporibus anni pabula dispensantur; nec illos recte pascendi vna ratio est, ad præsepiam item pascendi, quibus pro conditione regionum cibi præbentur. Nullus enim est mensis, qui non habeat sua peculiaria pabuli ministrandi, & dimerendi, præparandi, seruandi, miscendi præcepta. quod minutatim persequitur Columella, lib. 6. c. 3. At Rhinocerotem nullum aliud præsepium, quam syluæ, lucus, siue folia ille decerpit, siue semina colligit, siue virentibus, siue porius aridis gaudeat.

Quod autem ait, morabitur. Septuag. ex Hebræo; [Aut dormire super præsepe tuum?] proprie est, pernoctabit, manebit post laborem diurnum; debet enim coniungi, cum illo seruitio, quod præcessit. q. d. An Rhinoceros volet tibi interdum seruire, & laborare in terræ cultura, præmio allectu nocturni pabuli; quod sub tuo tecto, & ad præsepe tuum alligatus noctu percipiet? Quæ est item cum boue comparatio: quippe est peculiaris curatio, & tractatio bouum ab opere disinfectorum, primum, conficando, neque itatim ad præsepiam religandum, quam sudare, & anhelare desierint. & cum tempestiue potuerint velci, non multum, nec vniuersum cibum, sed partibus, & paulatim præbendo; ducendo ad aquas, sibilisque allecundo, quo libentius bibant, postea domum reductos largiori pabulo satiando.] A quo quam longe abest indomita feritas, & licentiosa viuendi, & agendi ratio Rhinocerotis.

## X. Numquid alligabis Rhinocerotem ad arandum, &c.

- 1 Boues arantur, & aratissimo ligandi Rhinoceros ineptus ligandi.
- 2 A rationum differentia, & integra ratio agricolandi terram illustratus Isaias.
- 3 Præcepta in vinorum domum. Rhinoceros indomitus. Quod

Gyllius.

Quædo Rhinoceros Roma visus.

Rhinoceros Vlyssipone missus cum Elephantis. Verus Rhinoceros descriptus a Plinio Rhinoceros Plinij, idæ qui Iohi.

Rhinoceros, Bos Ægyptius aut non fuit.

Festus. Colum. lib. 6. c. 1.

Bouis generis insiditicia.

Morum, & ingenij oppositio inter Rhinoceros, & Bouem.

An Rhinoceros habens duplex cornu. Iustinus. Genebrardus. Clementis.

Unicornis symbolum vnicæ veri Dei.

Theodor. Hieronymus. Martialis.

Politianus. Calderinus. Marcilius.

Antithesis Rhinocerotis cum Boue. Bos natus ad seruientiam.

Cicero de Natura. Cic. de Natura. Seruire, de terra cultura.

Jerem. 20.

Bos natura obsequens. Arist. Bouis ingenium. Aelianus.

Theodor. Procopius.

Cur populus fidelis comparatus cum Rhinocero. Psal. 43. 6. Bubulci periphrasis. Aelianus.

3 Pabuli boni multi. Colum.

4 LX X. Morari, qd proprio.

Curatio bouum ab opere.

Col. lib. 2. cap. 3.

הלם

Vincula  
Baum.  
Plin. lib. 18.  
c. 27. Colū.  
lib. 2. c. 2. 3.  
4.  
Rhinceros,  
neque vin-  
culis aptus,  
neque com-  
pare amat.

שרר

Sarrire.

Occare.

הרש

Arationum  
differentia.

פתח

Integra ra-  
tio agrico-  
landi.  
Col. lib. 2. c.  
18.  
Virg. 1. Geo.  
19.

Isidor. lib.  
19. Etyim. c.  
3.

Colum. lib.  
2. de domo  
die bobus.

Tyguina.

Rhinceros  
domari non  
potest.

**Q**uod ait, [ad arandum,] proprie legitur in Hebræo, Infulco, vel ad sulcum ducendum, vel ad sulcandam terram, quod est arare. Sed in communi dictum, ut statim exponemus. Non Rhinceros, sicut Bos, cuius domitura finibus, & vinculis perficitur; a quo vincula, & iugum opus exigunt; neque vinoula quæcumque; [nam araturos Bo- ues quam arctissime iungi oportet,] ex arandi disciplina; Non solum igitur ille non admittit vincula (cum enim tau- rorum cornua videantur ad excipienda vincula composi- ta; at Rhinceros vinciendo natura sua ineptus est; ) sed præterea comparem dedignatur; nam [neque societatem gregalium suorum admittit.] cum nullo igitur animali ad laborem, & seruitium humanum iungi potest.

[Ad confringendum glebas vallium post te,] vnica in originali vox *Sadad*, ad agricolandū valles; vel ad sarrien- das occandas valles; ad contundendas grandiores glebas terræ primum proficiscit, & inaratæ; nam vox originalis nō est simpliciter, arare, sed sarrire; quod est leuiter versare, aut purgare terram. Et sic vertitur a Hieronymo Isai. 28. 24. & [Confringere sulcos,] quod hic dicitur confringere glebas; & quod Latinus vocat Occare, Osez, 10. 12. Arare vero est ab alia radice, *Hbaras*, quod est prolongare sulcū, & producere vsq; ad finem versuræ. quæ arationum differ- entia indicatur Isai. 28. 24. Numquid toto die arabit arans (a radice *Hbaras*, profunde arabit; nostrates dicunt; *Sar- bechar*) proficinet (proprie a radice, *Paishabb*, aperiet. pa- tefaciet; nos in vinearum cultura, dicimus, *abris*, in agri- cultura vero Vinar) & sarriet humum suam (sarculabit, ab huius loci radice *Sadad*, leuiter versabit, arabit superficie tenuis, quod in sementibus quibuscumque, vt in fabis fieri so- let. in frumentitio vero diceremus, *Cobechar*, quod est se- menti proxime præparare, vel post iactum semen versu- ra alia, & leuissima aratione tegere sementem, & compla- nare terram occando, & confringendo glebas, quod dicitur, *Sombrar*, y. cubrim.). Describitur ergo atque simul doce- tur perfecta; & integra ratio agricolandi terram; & post- quam semen iactum est, complanandi, confractis, & con- tritis glebis, & vt Columella dixit, resolutis, & terra, in- ducta cræte, coarctata, quod e re arui maxime est;

Mulum adeo raris glebas qui frangit inertes.  
Vimineaque trahit crates, inuas arua.

Quæ confractio glebarum, & sarritio, siue occasio ali- quando fit, vt Isidorus dixit, [Bubus dimissis, cum rustici aratione facta grandes glebas ligonibus frangunt;] ali- quando vero, Bubus ipsis, & leui vomere.

Sed quid illud, ad confringendas glebas post te? Nūquid vnquam bouem præcessit arator, sequitur Bos aratro iun- ctus; imo vero sequitur semper, instatque a tergo, stimu- latque bubulcus; recalcitrat tunc contra stimulum a tergo pungentis. Ego certe suspicor hoc loco pulcherrime, atque subtilissime indicari domituram vitulorum, doceri- que breuissime a Deo, quæ postea a magistris rei rusticæ præcepta sunt. Quare hæc erit verissima circumloquutio domituræ nouelli iuueni, [Alligare illum ad confringen- dum glebas vallium post te.] Sic enim præcipiunt in do- mando: primo, [vt canabinis funibus cornua iuueniorū li- gentur:] deinde, si opus fuerit, [plures dies religati teneā- tur.] Tercio, vt ad aratrum instituantur in subactō agro, ne statim difficultatem operis reformident, neue adhuc tene- ra colla dura proficione terræ contendant;] quod hic est, confringere glebas vallium, id est, mollioris terræ, non. n. primo assuefaciendi sunt ad aratrum in loco sublimi, & con- fragoso. Quare quod pro conuallibus, dixit Tyguina Pro- fundos sulcos, incommodè fecit, & quod alienum esset a cōfractiōne glebarum, quæ leui vomere, & tenui sulco fit. Tandem postea quam iuuenus desinuit, simulq; iras con- dudit, manu producatur, ita vt & aliquis ante (Ecce illud, post te) & a tergo complures, qui sequantur retinaculis eū contineant, & vnus cum claua saligna procedens. (q. d. præcedens, & post se ducens) modicis ictibus subinde im- petus coerereat. Ergo hæc sententiā perinde valet, ac si dixis- set; Rhinceros non potest domari instar iuueni nouelli.

XI. Nunquid fiduciam habebis in ma- gna fortitudine eius, &c.

1. Aliorum expositiones parum idoneæ. Eligitur germana. Ex- plicatur Salomon.

2. Derelinquere. quid proprie. Labor. Allusio ad legem de non alligando ore boui trituranti.

3 Reddere, sementem, & ad bonis labores, & agricolæ- nonis fructum.

**Q**uid sit [fidere, aut confidere fortitudini Rhincero- tis,] Caietan. exiitimauit ad rem bellicam pertine- re, cum quadam allusione ad Elephantum, cuius opera, & fortitudine solebant in præliis vti. q. d. Nunquid poteris vti ad prælium fortissimo, & acerbissimo animali; sed exposi- sitio est aliena; abruptum enim filum orationis, & agrico- lationis semel instituta. Secundo vero D. Thomas, & qui illum sequuntur, allusionem putant fieri ad canes villati- cos, & alios famulos custodes agrorum, & areæ. q. d. Neque pro boue, neque pro cane, neque pro custode tibi erit vsui Rhinceros. Sed lenis contextus totius orationis id exigit, quod eleganter dixerunt Græci; [Numquid rem rusticam illi credes?] q. d. Fides, vsusque fortitudine Rhincerotis, sperabis multos terræ prouentus, sicut solent homines ex bouis labore, & fortitudine sperare, atque percipere? Scri- ptum est enim, Vbi non sunt boues, præsepe (area, hor- reum) vacuum est: vbi autem plurimæ segetes, ibi mani- festa est fortitudo bouis. Non igitur in tuos vsus, tua ne horrea plurimis segetibus implenda conferet Rhinoceros fortitudinem suam; neque tu illi concedes labores agrarios, & opera rustica. Ita erit præcedentis partis ex- positio. Quamquam propter proprietatem verbi origi- nalis [derelinquendi,] quod pertinet ad id, quod non re- conditur, sed foris de industria relinquitur, & deseritur tan- quam residuum, videbitur fieri allusio ad humanissimum illud præceptum, [non alligandi os boui trituranti. cum enim ex fortitudine bouis plurimas segetes agricola col- legerit, inhumanum esset particulam aliquam laboris, & defatigationis, lassitudinisque suæ (nam hæc est proprie- tas vocis originalis) non derelinquere, & permittere bo- ui laboratori, vt hæc sit sententia; Numquid ita vteris la- bore Rhincerotis in agricultura, vt pietatis & humanita- tis ergo aliquam particulam ex frugibus collectis, veluti boui, illi permittas?

XII. Numquid credes illi, quo nam sementem reddat, &c.

**S**ementem reddat.] Potest necesse cum præcedente senten- tia, ita vt reddere sementem, sit partem illam pabuli, & seminis accepti ab hero, & bubulco, postea laborando maiori cum senore restituere suo Domino. Sed ab alijs ac- cipitur de vectura, & comportatione frugum in aream. q. d. Reddet, id est, redire faciet, id est, comportabit fruges tuas in aream; est enim multiplex bouis utilitas, non so- lum ad terræ culturam, sed etiam ad vecturam; nulla au- tem commoditas Rhincerotis ad humanos vsus.

STRUTHIO.

XIII. Penna Struthionis similis est pennæ Herodij, & Accipitris.

XIV. Quando derelinquit oua sua in terra.

XV. Obliviscitur, quod pes conculcet ea, aut bestia agri conterat.

XVI. Duratur ad filios suos, quasi non sint sui; frustra laborauit nullo timore cogente.

XVII. Priuauit enim eam Deus sapientia, nec dedit illi intelligentiam.

XVIII. Cum tempus fuerit, in alciem alas erigit, deridet equum, & ascenso- rem eius.

AD